

Zadání I – burgundské právní památky

Vybrané fragmenty:

- 1) Přeložte
- 2) Určete pramen (zdůvodnit)
- 3) Připravte si interpretaci fragmentů

1. text

Zaměřte se jen na tato fragmenty: II,1; IV,1 a IV, 4

De patris^{b,2} vel matris donatione vel munificentia dominorum^{c,3} Tit. I.

^acod. B, 2.

1. **D**onationem, quam pater de rebus propriis in filium filiamve conscripserit et^d gestis fuerit allegata^e, si^f eam pater probatis^g apud iudicem^h laesionumⁱ causis non revocaverit, aut^k ipsa donatio dodrantem^l, id est^l novem uncias non excedit⁴, secundum^o Theodosiani^m legem libro octavoⁿ de removendis donationibus firmissimam permanere, ad Philippum^p prefectum preturio^q promulgatam^{o,5}.

2. De maternis etiam donationibus hoc totum^r, quod supra, simili conditione^s servabitur^t. Sane si^u mater^u, que^v donationem in filium filiamve fecit, ad secundas nuptias^w transierit, donationem quam fecit nullam^x habebit licentiam removendi, secundum legem¹⁰ Theodosiani libro octavo^y ad Orfitum^z prefectum^a Urbis^{b,6}.

3. De donationibus dominorum^c proprietas^d accipientium^e etiam circa heredes et proheredes^f lege firmatur^g, id est ex corpore Theodosiani libro^h XI.ⁱ titulo XX. ad^k Strategium^l comitem^m reiⁿ private^{o,7}.

Tit. II. De homicidiis^{a,8} tam ingenuis quam servis^b.

15

^aB, 2.

1. Homicidam^c, tam^d ingenuum^e quam^f servum, si extra^g ecclesiam^h inveniaturⁱ, morte^j damnari^k.

Tit. IV. De sollicitationibus et furtis¹⁶.

1. Si quis in plagii scelere^a fuerit deprehensus atque convictus^b, ut aut ingenuum aut servum sollicitare presumat^c aut vendere, capite puniatur, secundum legem^d Theodosiani^e libro IX. datam^f sub titulo ad legem Fabiam^g ad Domicium^h Celsum vicariumⁱ Africe¹⁷.

2. Quod si adⁱ ecclesiamⁱ reus ipse^k confugerit, quid domino aut parentibus pro facti^l ipsius crimine^m satisfieriⁿ debeat, principis est expectanda sententia¹⁸.

3. De furtis etiam obiectis et probatis hec forma servabitur, ut ingenuus^o furto^p ablata^q quadrupla^r solutione dissolvat, servus vero pro furti crimine aut a domino ad^s vindictam^t tradatur, aut res perditae^l ei qui damnum pertulit, cum vindicta a servi domino reformatur^u, secundum sententiam Pauli sub titulo de furtis emissam^{v,19}.

4. Quod si^w caballum^x vel^y duos boves vel^z duas equas furto ingenuus aut servus abstulerit^a, morte damnatur²⁰.

2. text

Zaměňte se jen na tato fragmenty: II,1; II,3 – 5; XXVI 1 - 5

TITVLVS I.

De libertate donandi patribus attributa, & muneribus regiis.

I.

Quia nihil de *praescripta* ^{a)} patribus donandi licentia, vel munificentia, *dominantium* ^{β)} legibus fuerat constitutum, praesentis constitutione omnium vno voto & voluntate decreuimus, ut patri etiam antequam diuidat, de communi facultate, & de labore suo cuiuslibet donare liceat, absque terra sortis titulo acquisita, de qua prioris legis ordo seruabitur.

II. Aus si cum filiis diuiderit, & portionem suam tulerit, & postea de alia vxore filios habuerit aut vnum aut plures, illi filii, qui de secunda vxore sunt, in illam, quam pater accepit, portionem succedant: & illi, qui cum patre diuidentes portiones suas fuerant consecuti, ab eis penitus nihil requirant.

III. Illud etiam huic legi adiungi placuit, ut si quis de populo nostro a parentibus nostris munificentiae causa aliquid percepisse dignoscitur, id quod ei conlatum est, etiam ex nostra largitate, ut filiis suis relinquat, praesentis constitutione praescribimus.

IV. Id etiam statuente, ut si quid etiam de nostro munere, aut Deo praestante aliter ceperint, donationum nostrarum textus ostendant. Superest ut posteritas eorum ea deuotione & fide deseruiat, ut augere sibi & seruare circa se parentum nostrorum munera cognoscat.

TITVLVS II.

De homicidiis.

I. Si quis hominem ingenuum ex populo nostro

^{a)} al. MS. *praescripta*,
^{β)} al. MS. *dominantis*.

nostro cuiuslibet nationis, aut seruum Regis *natione duntaxat barbarum* ^{γ)}, occidere damnabili ausu aut temeritate praesumpserit, non aliter admissum crimen, quam sanguinis sui effusione componat.

II. Illud sane huic *legi rationabili consuevit prouisione subiungi* ^{δ)}, ut si cui forte a quocunque inlata vis fuerit, ut aut ictibus verberum, aut vulneribus *urgueatur*, & dum insequitur percutientem dolore aut indignatione compulsus occiderit, atque ita factum re ipsa, aut idoneis, quibus credi possit, testibus fuerit comprobatum, medietatem pretii secundum qualitatem personae occisi parentibus cogatur exsoluere: hoc est, si optimate nobilem occiderit in medietatem pretii CL. sol. Sialiquem in populo nostro mediocre, C. pro minore persona LXXV. solidos praecipimus numerare.

III. Si seruus inconscio domino hominem ingenuum occidere fortasse praesumpserit, seruus tradatur ad mortem, dominus vero reddatur indemnis.

IV. Si dominus huius facti conscius fuerit, ambo tradantur ad mortem.

V. Si seruus ipse post factum defuerit, dominus eius pro pretio serui XXX. solidos parentibus occisi cogatur exsoluere. Simili de seruis Regis secundum qualitatem personarum circa interfectores conditione seruata.

VI. Hoc specialiter in huiusmodi causa vniuersitas nouerit obseruandum, ut interfecti parentes nullum nisi homicidam persequendum esse cognoscant: quia sicut criminofum iubemus extingui, ita nihil molestiae sustinere patimur innocentem.

Y 2

^{γ)} al. MS. *nationis duntaxat barbarorum*,
^{δ)} al. MS. *legi ad iudicandum probatione subiungi*

TITV-

- is, cuius animal est, de corte per vim tulerit, inferat illi cui vim intulerit, fol. VI. & multae nomine fol. VI. damni aestimatione taxata. Si seruus hoc fecerit, centum fustium ictus accipiat, damni similiter aestimatione taxata.
- II. Si quodlibet animal, dum de messe, aut de prato, aut de vinea, aut de area annonaria expellitur, impalauerit, nihil ab eo qui expulit requiratur.
- III. Quod si animalia, dum de damno ad elauram minantur, de campo aut de quocunque loco ille cuius sunt tollere praesumpserit, singulos tremisses per singula animalia soluat: & multae nomine fol. I. I.
- IV. Si cuiuscunque porci damnum faciunt in vineis, pratis, aut in messibus cultis, & syluis glandiferis, & admonitus porcorum dominus bis fuerit, vt porcos suos custodiat, & noluerit is cui damnum inferunt occidendi de grege porcorum optimum, liberam habeat facultatem, & suis vltibus vindicandum.
- V. Quod si contestatus non fuerit, & porcum occiderit, solidum pro porco soluat, ita vt quod porci euerterint, componatur.

TITVLVS XXIV.

De mulieribus Burgundiis ad secundas vel tertias nuptias trans-euntibus.

- I. Si qua mulier duntaxat Burgundia post mariti mortem ad secundas aut tertias nuptias, vt ad soler fieri, fortasse tranierit, & filios habuerit, ex omni coniugio, donationem nuptialem dum adiuuit vltimam possideat: post eius mortem ad vnumquemque filium, quod pater e) eius dederat, reuertetur: ita vt mater nec donandi, nec vendendi, nec alienandi de his rebus, quas in donatione nuptiali accepit, habeat potestatem §).
- II. Si

e) al. MS. quicquid pater.
 §) al. MS. habeat liberam potestatem.

- II. Si forte mulier illa filios non habuerit, quidquid ad eam de donatione nuptiali pertinuit, post mortem mulieris medietatem parentes eius, medietatem defuncti mariti donatoris parentes accipiant n).
- III. Ceterum si quis filiorum matri per testamentum aliquid, aut donationem contulerit, mater exinde faciendi quod voluerit liberam habeat potestatem.
- IV. Aut si intestata defecerit, mulieris parentes hereditatem eius suo dominio vindicabunt.
- V. Si quis Burgundio filios habet §), tradita filis portione, de eo, quod sibi reseruat i), donare aut vendere, cui voluerit, habeat liberam potestatem.

TITVLVS XXV.

De furtis & violentiis.

- I. Si quis cuiuslibet hortum violententer ingressus fuerit, inferat pro ipsa praesumptione illi, cuius hortus est, fol. III. & multae nomine fol. VI.
- II. Si seruus hoc fecerit, centum fustium ictus accipiat.

TITVLVS XXVI.

De excusis dentibus.

- I. Si quis quolibet casu dentem optimam n) Burgundioni vel Romano nobili excusserit, fol. XV. cogatur exsoluere.
- II. De mediocribus personis ingenuis, tam Burgundionibus quam Romanis, si dens excussus fuerit, X. solidis componatur.
- III. De inferioribus personis V. fol.
- IV. Si seruus homini ingenuo voluntarius dentem excusserit, manus incisione damnatur. Si sicut superius statutum est, doceatur admissum, prout persona fuerit, pretium pro dentibus soluat.
- V. Si quis ingenuus liberto dentem excusserit,

Z 2 rit,
 n) al. MS. parentes accipiant, hoc est donatores.
 §) al. MS. habens.
 i) al. MSS. reseruat.
 x) al. Ms. optimarum

rit, inferat ei solidos tres. Si seruo alieno dentem excusserit, *det ei λ*) cuius seruus est, solidos duos.

TITVLVS XXVII.

De intruptis sepibus, & clausis itineribus, furtis etiam & violentiis.

- I. Si quis sepem alienam *nullo impeditus obiecto μ)*, inferendi tantum damni studio ruperit, si ingenuus aperuerit, illi cuius messis est, per singulos palos, singulos tramises exsoluat: si seruus hoc fecerit, centum fustium ictus accipiat, & sepes, quae aperta fuerit, reparetur.
- II. Hoc etiam de prato & de vinea, praecipimus custodiri.
- III. Omnes sane volumus hoc euidenter agnoscere. Quicumque viam publicam aut vicinalem clauerit, XII. sol. se multae nomine nouerit inlaturum: ita ut sepes illa impune a *transcuntibus ν)* deponatur, & messis, quantum viae spatium continere *potuerat ξ)* conteratur.
- IV. Si quis sepem alienam aperuerit, & caballos suos aut animalia in messem aut in pratum voluntarius miserit, si *ingenuus ο)* hoc fecerit, per singula animalia inferat, pro messis vel prati damno, domino *solidos decem singulos π)*.
- V. Si seruus hoc fecerit, centum fustium ictus accipiat: ita tamen ut a domino serui damnum, quod admissum fuerit, componatur.
- VI. Si vero cuius eballi sunt, inuentus a domino messis, dum tenetur ad debitum, resistere fortasse tentauerit, & caesus fuerit

λ) al. Ms. *inferat ei*

μ) al. Ms. *nullo impedito subiecto*; al. *nullo impeditum subiectum*.

ν) al. Ms. *transiitoribus*.

ξ) al. *potatur*

ο) Deest in al. Ms.

π) al. *solidos singulos*.

erit aut plagatus, nullam exinde, cuius messis aut pratum est, calumniam patiatur.

VII. Si quis per diem in vineam alienam furtim aut violententer ingressus fuerit, ut damnum faciat, inferat pro ipsa praesumptione sol. III.

VIII. Si seruus hoc fecerit caedatur.

IX. Si quis vineam fructum habentem noctu ingressus fuerit, & a custode vineae intra vineam fuerit interceptus, ab occisi domino aut parentibus *non requiratur ρ)*.

X. Si quis ingenuus vomerem furto abstulerit, duos boues cum iunctura & *adparatu aratri tradere σ)* domino compellatur.

XI. Si seruus hoc fecerit, CL. fustium ictus accipiat.

TITVLVS XXVIII.

De indulta generaliter incidendorum lignorum licentia.

- I. Si quis Burgundio aut Romano sylvam non habeat, incidendi ligna ad usus suos de iacentiis & sine fructu arboribus in cuiuslibet sylvae habeat liberam potestatem neque ab illo cuius sylvae est repellatur.
- II. Si quis vero arborem fructiferam in aliena sylvae, non permittente domino, fortasse incidit, per singulas arbores, quas incidit, singulos solidos domino sylvae inferat. Quod etiam de *pinis & abietibus τ)* praecipimus custodiri. Quod si seruus hoc fecerit, fustigetur: & dominus eius nullum damnum aut calumniam patiatur.
- III. Si quis vero quemquam de iacentiis & non fructiferis arboribus lignum visibus suis necessarium praesumere fortasse non permiserit, ac si ei pignora tulerit, restitutus in triplum pignoribus, inferat multae nomine solidos sex.

TITV-

ρ) al. MSS. *quaeratur*

σ) al. MSS. *adparatum aratri regle tradere*

τ) al. MS. *pinis & abietibus*